

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Savanter Diözese.

Inhalt: I. Epistola Encyclica Ss. D. N. Leonis Pp. XIII. ad Episcopos Hispanos. II. Fragen für die theologischen Elaborate im Jahre 1883. III. Bestimmungen der Pfarzconcurprüfungen im Jahre 1883. IV. Abholung der heil. Dese am Gründonnerstage. V. Anzeige des Directorien- und Schematismen-Bedarfes und Vorlage der Seelenstands-Ausweise pro 1884. VI. Matriculirung gemischter Ehen. VII. Ermittlung der Concurrenzpflicht, wenn aus Anlaß von Bauführungen an Kirchen oder Pfarhöfen bei Seelsorgsprüfenden, welche geistlichen Corporationen incorporirt sind, ein Anspruch auf Abminderung des Religionsfonds-Beitrages erhoben wird. VIII. Für schweizerische Angehörige, welche in Oesterreich ehelichen wollen, hat der Civilstandsbeamte ihres Heimathsortes das Zeugniß über ihre persönliche Fähigkeit zur Eheschließung anzustellen. IX. Weisungen betreff alterthümlicher, den Kirchen gehöriger Objecte. X. Abänderung des Wehrgesetzes in Absicht auf die Candidaten des geistlichen Standes. XI. Abänderung des Wehrgesetzes in Absicht auf die Verehelichung der Wehrpflichtigen. XII. Auszug aus der Verordnung des Ministeriums für Landesvertheidigung vom 8. November 1882, Nr. 157, betreffend die Heirathen der Gagisten (Officiere und Beamten) in der k. k. Landwehr (Landeschützen). XIII. Anempfehlung des Kronprinz Rudolph Obstbau-Vereines für Untersteiermark. XIV. Anempfehlung des Gebetbuches „Floralis posesos christianae.“ XV. Knabenseminars-Rechnung vom Studienjahre 1881/82. XVI. Anempfehlung der „Correspondenz für den katholischen Clerus Oesterreichs.“ XVII. Diöcesan-Nachrichten.

I.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum multa sint, in quibus excellit generosa ac nobilis Hispanorum natio, tum illud est in prima commendatione ponendum, quod, post varios rerum et hominum interitus, pristinum illud ac prope hereditarium retineat fidei catholicae studium, quocum semper visa est Hispani generis, salus et magnitudo coniuncta. — Quod quidem studium plura argumenta declarant: praecipue vero eximia in hanc Sedem Apostolicam pietas, quam omni significationum genere, litteris, liberalitate, susceptis religionis causa peregrinationibus Hispani homines saepe et praeclare testantur. Neque interitura est paulo superioris temporis memoria, quo tempore ipsorum animum fortem aequae ac pium Europa spectavit, cum Sedem Apostolicam adversorum eventuum calamis attigisset. — In his rebus omnibus, praeter singulare quoddam Dei beneficium, agnoscimus, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, vigilantiae vestrae fructum: itemque laudabile ipsius populi propositum, qui per haec tam infensa catholico nomini tempora religioni avitae studiose adhaerescit, neque dubitat magnitudini periculorum parem constantiae magnitudinem opponere. Profecto nihil est, quin de Hispania sperari iure queat, si modo talem animorum affectionem caritas aluerit, et stabilis voluntatum concordia roboraverit. — Verum quod ad hanc partem, non enim dissimulabimus id quod est, cum cogitamus agendi rationem, quam aliquot ex Hispania catholici homines ineundam putant, dolor quidam obiicitur animo cum nonnulla similitudine anxiae sollicitudinis, quam Paulus Apostolus olim, Corinthiorum caussa, susceperat. Tuta et tranquilla catholicorum cum inter se tum maxime cum Episcopis suis istae concordia permanserat: eoque nomine Gregorius XVI Decessor Noster iure laudavit Hispanam gentem, quod eius pars *longe maxima in veteri sua erga Episcopos et inferiores pastores canonice constitutos reverentia perseveraret* *) Nunc tamen, interiectis partium studiis, vestigia apparent dissensionum, quae in varias velut acies distrahunt animos, ipsasque societates, religionis gratia constitutas, non parum perturbant. Incidit saepe,

*) Alloc. *Afflictas*, Kal, Mart. 1841.

ut apud disquirentes, qua potissimum ratione expediat rem catholicam tueri, minus quam aequum est, Episcoporum valeat auctoritas. Quin immo interdum, si quid Episcopus suaserit, si quid etiam pro potestate decrevit, non desunt qui moleste ferant, aut aperte reprehendant, sic accipientes, ut voluisse illum existiment alteris gratificari, alteros offendere. — Iamvero plane perspicitur quanti referat, incolumem esse animorum coniunctionem, eo vel magis quod in tanta ubique pravaram opinionum licentia, in tam acri insidiosaque Ecclesiae catholicae oppugnatione, omnino necesse est, christianos universos collatis in unum viribus maximaque voluntatum conspiratione resistere, ne calliditate atque impetu adversariorum seperatim oppressi succumbant. Igitur huiusmodi incommodorum cogitatione permoti, Vos, his litteris, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, appellamus, vehementerque petimus, ut salutarium monitorum Nostrorum interpretes in firmanda concordia prudentiam auctoritatemque vestram adhibeatis.

Erit autem apportunum primo loco rei sacrae reique civilis meminisse rationes mutuas, quia multi contrario errore falluntur. Solent enim nonnulli rem politicam a religione non distinguere solum, sed penitus seiungere ac separare, nihil ut esse utrique commune velint, nec quiequam ad alteram ab altera influere putent oportere. Hi profecto non multum ab iis distant, qui civitatem constitui administrarique malunt, amoto cunctarum procreatore dominoque rerum Deo: ac tanto deterius errant, quod rempublicam uberrimo utilitatum fonte temere prohibent. Nam ubi religio tollatur, vacillare necesse est illorum stabilitatem principiorum, in quibus salus publica maxime nititur, quaequo vim a religione capiunt plurimam, cuiusmodi potissimum sunt, iuste moderateque imperare, propter conscientiam officii subesse, domitas habere virtute cupiditates, suum cuique reddere, aliena non tangere.

Verum sicut iste tam impius declinandus est error, sic etiam fugienda illorum opinio praepostera, qui religionem cum aliqua parte civili permiscet ac velut in unum confundunt, usque adeo, ut eos, qui sint ex altera parte, prope descivisse a catholico nomine decernant. Hoc quidem est factiones politicas in angustum religionis campum perperam compellere: fraternam concordiam velle dirimere, funestaeque incommodorum multitudini aditum ianuamque patefacere. — Igitur oportet rem sacram remque civilem, quae sunt genere naturaque distincta, etiam opinione iudicioque secernere. Nam hoc genus de rebus civilibus, quantumvis honestum et grave, si spectetur in se, vitae huius, quae in terris degitur, fines nequaquam praetergreditur. Contra vero religio, nata Deo et ad Deum referens omnia, altius se pandit caelumque contingit. Hoc enim illa vult, hoc petit, animum, quae pars est hominis praestantissima, notitia et amore Dei imbuere, totumque genus humanum ad futuram civitatem, quam inquirimus, tuto perducere. Quapropter religionem, et quidquid est singulari quodam vinculo cum religione colligatum, rectum est superioris ordinis esse ducere. Ex quo consequitur, eam, ut est summum bonum, in varietate rerum humanarum atque in ipsis commutationibus civitatum debere integram permanere: omnia enim et temporum et locorum intervalla complectitur. Fautoresque contrariarum partium, cetera dissentientes, in hoc oportet universi conveniant, rem catholicam in civitate salvam esse oportere. Et ad istud nobile necessariumque propositum, quotquot amant catholicum nomen debent velut foedere iceto studiose incumbere, silere paulisper iussis diversis de causa politica sententiis, quas tamen suo loco honeste legitimeque tueri licet. Huius enim generis studia, modo ne religioni vel iustitiae repugnent, Ecclesia minime damnat; sed procul omni concertationum strepitu, pergit operam suam in communem afferre utilitatem, hominesque cunctos materna caritate diligere, eos tamen praecipue, quorum fides pietasque constiterit maior.

Concordiae vero quam diximus, idem est in re christiana, atque in omni bene constituta republica fundamentum: nimirum obtemperatio legitimae potestati, quae iubendo, vetando, regendo, varios hominum animos concordet et congruentes efficit. Quam ad rem nota omnibus atque explorata commemoramus: verumtamen talia, ut non cogitatione solum tenenda, sed moribus et usu quotidiano, tamquam officii regula, servanda sint. — Scilicet sicut Pontifex Romanus totius est Ecclesiae magister et princeps, ita Episcopi rectores et capita sunt Ecclesiarum, quas rite singuli ad gerendum acceperunt.

*) Epist. 198 lib. 13.

Eos in sua quemque ditione ius est praeesse, praecipere, corrigere, generatimque de iis, quae e re christiana esse videantur, decernere. Participes enim sunt sacrae potestatis, quam Christus Dominus a Patre acceptam Ecclesiae suae reliquit: eamque ob causam Gregorius IX. Decessor Noster Episcopus inquit: „*in partem sollicitudinis vocatos vices Dei gerere minime dubitamus.*“ ¹⁾ Atque huiusmodi potestas Episcopis est summa cum utilitate eorum, in quos exercetur, data: spectat enim natura sua ad *aedificationem corporis Christi*, perficitque, ut Episcopus quisque, cuiusdam instar vinculi, christianos, quibus praeest, et inter se et cum Pontifice maximo, tamquam cum capite membra, fidei caritatisque communionem consociet. In quo genere gravis est ea sancti Cypriani sententia: „*Illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, et Pastori suo grex adhaerens.*“ ²⁾ et gravior altera: „*Scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, et Ecclesiam in Episcopo, et si quis cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse.*“ ³⁾ Talis est christianae republicae constitutio, eaque immutabilis ac perpetua: quae nisi sanete servetur, summa iurium et officiorum perturbatio consequatur necesse est, discissa compositione membrorum apte cohaerentium in corpore Ecclesiae, *quod per nexum et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei.*“ ⁴⁾ Ex quibus apparet, adhibendam esse adversus Episcopos reverentiam praestantiae muneris consentaneam, in iisque rebus, quae ipsorum potestatis sunt, omnino obtemperari oportere.

Perspectis autem studiis, quibus multorum animi istie hoc tempore permoventur, Hispanos omnes non hortamur solum, sed plane obsecramus, ut sese huius tanti officii memores impertiant. — Ac nominatim vehementer studeant modestiam atque obedientiam tenere qui sunt ex ordine Cleri quorum dicta factaque utique ad exemplum in omnes partes valent plurimum. Quod in muneribus suis insumunt operae, tum sciant maxime fructuosum sibi, proximisque salubre futurum, si se ad imperium eius nutumque finxerint, qui Dioecesis gubernacula tenet. Profecto sacerdotes tradere se penitus partium studiis, ut plus humana, quam caelestia curare videantur, non est secundum officium. Cavendum igitur sibi esse intelligant, ne prodeant extra gravitatem et modum. Hac adhibita vigilantia, pro certo habemus, Clerum Hispanum non minus animorum saluti quam rei publicae incremento virtute, doctrina, laboribus, magis magisque in dies profuturum.

Ad eius adjuvandam operam eas societates non parum iudicamus opportunas, quae sunt tamquam auxiliariae cohortes catholico nomini provehendo. Itaque illarum probamus institutum et industriam, ac valde cupimus, ut aucto et numero et studio maiores edant quotidie fructus. — Verum cum sibi proposita sit rei catholicae tutela et amplificatio, resque catholica in Dioecibus singulis ab Episcopo geratur, sponte consequitur, eas Episcopis subesse et ipsorum auctoritati auspiciisque tribuere plurimum oportere neque minus elaborandum ipsis est in coniunctione animorum retinenda: primo enim hoc est cuiusvis hominum coetui commune, ut omnis eorum vis et efficientia a voluntatum conspiratione proficiscatur: deinde maxime decet in huiusmodi sodalitatibus elucere caritatem mutuam, quae debet esse ad omnia rectefacta comes, disciplinaeque christianae alumnos velut signum et nota distinguere. Quapropter cum sodales facile possint de re publica diversi diversa sentire, ideo ne concordia animorum contrariis partium studiis dirimatur, meminisse oportet, quorsum spectent societates, quae a re catholica nominantur, et in consiliis capiendis ita habere animos in uno illo proposito defixos, ut nullius partis esse videantur, memores divinae Pauli Apostoli sententiae: „*Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, . . . omnes enim vos unum estis in Christo.*“ ⁵⁾ — Qua ratione illud capiatur commodi, ut non modo socii singuli, sed variae etiam eiusdem generis societates, quod est diligentissime providendum, amice ac benevole consentiant. Sepositis quippe, ut diximus, partium studiis, infensarum aemulationum

¹⁾ Epist. 198. lib. 13.

²⁾ Epist. 69 ad Papiam.

³⁾ ibid.

⁴⁾ Coloss. II, 19.

⁵⁾ Galat. III, 27-28.

praecipuae erunt occasiones sublatae: eritque consequens, ut ad se una omnes causa convertat, eademque maxima et nobilissima, de qua inter catholicos hoc nomine dignos nullus potest esse dissensus.

Dénique magni refert, sese ad hanc ipsam disciplinam accomodare, qui scriptis praesertim quotidianis, pro religionis incolumitate dimicant. — Compertum quidem Nobis est, quid studeant, qua voluntate contendant: neque facere possumus, quin de catholico nomine meritos iusta laude prosequamur. Verum suscepta ipsis causa tam excellens est tamque praestans, ut multa requirat, in quibus labi iustitiae veritatisque patronos minime decet: neque enim debent, dum unam partem officii curant, reliquas deserere. Quod igitur societates monuimus, idem scriptores monemus, ut amotis lenitate et mansuetudine dissidiis, coniunctionem animorum cum ipsi inter se, tum in multitudine tuantur: quia multum pollet scriptorum opera in utramque partem. Concordiae vero cum nihil tam sit contrarium, quam dictorum acerbitas, suspicionum temeritas, insimulationum iniquitas, quidquid est huiusmodi summa animi provisione fugere et odisse necesse est. Pro sacris Ecclesiae iuribus, pro catholicis doctrinis non litigiosa disputatio sit, sed moderata et temperans, quae potius rationum pondere, quam stilo nimis vehementi at aspero victorem certaminis scriptorem efficiat.

Istas igitur agendi normas plurimum arbitramur posse ad eas causas, quae perfectam animorum concordiam impediunt, prohibendas. Vestrum erit, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fatres, mentem Nostram populo interpretari, et quantum potestis contendere, ut ad ea, quae diximus, vitam quotidianam universi exigant. — Quod sane Hispanos homines ultro effecturos confidimus cum ob spectatam erga hanc Apostolicam Sedem voluntatem, tum ob speranda concordiae beneficia. Domesticorum exemplorum memoriam renovent: cogitent, maiores suos, si multa fortiter multa praeclara domi forisque gesserunt, plane non dissipatis dissentiendo viribus, sed una velut mente, unoque animo gerere potuisse. Etenim fraterna caritate animati et *id ipsum invicem sentientes*, de praepotenti Maurorum dominatu, de haeresi, de schismate triumpharunt. Igitur quorum acceperere fidem et gloriam, eorum vestigiis insistant, imitandoque perficiant, ut illi non solum nominis, sed etiam virtutem suarum superstites reliquisse videantur.

Ceterum expedire vobis, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fatres, ad coniunctionem animorum similitudinemque disciplinae existimamus, qui in eadem estis provincia et inter vos et cum Archiepiscopo consilia identidem confere, de rebus communibus una consulturos: ubi vero res postulaverit, hanc adire Sedem Apostolicam, unde fidei integritas et disciplinae virtus cum veritatis lumine proficiscitur. Cuius rei percommendam allaturae sunt opportunitatem peregrinationes, quae passim ex Hispania suscipiuntur. Nam ad componenda dissidia dirimendasque controversias nihil est aptius, quam Eius vox, quem Christus Dominus princeps pacis vicarium constituit potestatis suae: itemque caelestium charismatum copia, quae ex Apostolorum sepulcris large dimanat.

Verumtamen quoniam *omnis sufficientia nostra ex Deo est*, Deum enixe Nobiscum una adprecamini, ut monitis Nostris virtutem efficiendi impertiat, animosque populorum promptos ad parendum efficiat. — Communibus adnuat coeptis augusta Dei parens Maria Virgo immaculata, Hispaniarum patrona: adsit Iacobus Apostolus, adsit Theresia a Iesu, virgo legifera, magnum Hispaniarum lumen, in quae concordiae amor, patriae caritas, obedientia christiana mirabiliter in exemplum eluxere.

Interim caelestium munerum auspiciem et paternae benevolentiae Nostrae testem vobis omnibus, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, cunctaeque genti Hispanorum Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die VIII. Decembris, A. MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PP. XIII.

II.

Im Jahre 1883 sind von den zur Ausarbeitung verpflichteten Diöcesanpriestern nachstehende theologische Fragen schriftlich zu beantworten, und sind die Elaborate zeitrecht an das betreffende f. b. Decanal-Amt einzuschicken.

1.

Quis est sensus Cultus sacratissimi Cordis Jesu prouti ab Apostolica Sede probatus est, atque in Ecclesia catholica frequentatur?

In Quonam dogmate, ceu fundamento suo, nititur hiee cultus?

2.

Quid sunt impedimenta matrimonii? Quomodo distinguuntur.

Quis potest statuere praefata impedimenta.

3.

Predigt (in deutscher oder slovenischer Sprache) über den Text: „Quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus; et haec omnia adjicientur vobis.“ (Math. C. 6. V. 33.)

Der erste Theil: Worin das Reich Gottes und seine Gerechtigkeit bestehe? ist vollständig anzuarbeiten.

Der zweite Theil: Wie dasselbe zu suchen sei? — so wie der Eingang und der Schluß sind zu skizziren.

III.

Die allgemeine Pfarrconcurs-Prüfung wird auch im laufenden Jahre in der fürstbischöflichen Residenz zu Marburg zweimal abgehalten werden, und zwar am 29., 30. und 31. Mai und dann am 28., 29. und 30. August.

Die Gesuche zur Zulassung zur Concursprüfung sind durch das betreffende fürstbischöfliche Decanalamt wenigstens 14 Tage früher anher einzufenden.

IV.

Die Abholung der heiligen Oele hat, wie alljährlich, am Gründonnerstage in der fürstbischöflichen Ordinariats-Kanzlei allhier zu geschehen. Für die Reinigung der Oelgefäße ist die erforderliche Sorgfalt zu tragen.

V.

Der Directorien- und Schematismen-Bedarf pro 1884 ist von den fürstbischöflichen Decanalämtern bis letzten Juli anzuzeigen und zugleich der Ausweis über die Seelenzahl der unterstehenden Curatstationen in Vorlage zu bringen.

VI.

Die hochl. k. k. Statthalterei hat ddo. Graz am 24. October 1882, Nr. 17.852 den nachstehenden Erlaß des h. k. k. Ministeriums des Innern vom 14. October 1882, Z. 10.531 anher mitgetheilt:

„Die Berichte der Landesstellen hinsichtlich des Vorganges bei der Matriculirung gemischter Ehen, namentlich in jenen Fällen, in welchen die Brauleute gemäß Artikel II, Absatz 3 des Gesetzes vom 31. December 1868, (N. G. Bl. Nr. 4 ex 1869) die kirchliche Einsegnung ihrer, vor dem Seelsorger des einen der Brauleute geschlossenen Ehe bei dem Seelsorger des anderen Theiles erwirken, — haben zu der Wahrnehmung geführt, daß die dießfalls bestehende Uebung nicht überall den geltenden Gesetzen und Vorschriften entspricht, und daß dadurch nicht nur unzulässige Doppel-Matriculirungen entstehen, sondern auch die gebotene, schon im kais. Patente vom 20. Februar 1784 betonte Gleichförmigkeit der Matrifenführung gefährdet erscheint.

Im Einvernehmen mit den Ministerien des Cultus und der Justiz fand sich deßhalb das hohe k. k. Ministerium des Innern bestimmt, anzuordnen, daß nur jener der beiden ordentlichen Seelsorger eines gemischten (einer verschiedenen christlichen Confession angehörenden) Brautpaares die Eheschließung desselben im Trauungsbuche mit fortlaufender Reihenahl zu matriculiren hat, welcher zuerst die feierliche Erklärung der Ehe-Einwilligung des Paares (§. 75 a. b. G. B.) entgegennimmt.

Der spätere Act vor dem Seelsorger des anderen Theiles kann nur ohne fortlaufender Reihenahl im Traubuche eingetragen werden und ist dabei unter Anführung des bezüglichen Tages und Seelsorgers ersichtlich zu machen, wann und wo bereits zuvor das Paar die feierliche Erklärung der Einwilligung zur Ehe abgegeben hat.

In analoger Weise ist sich auch bei den im Artikel II. §. 11 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, N. G. Bl. Nr. 47 gedachten Fällen der nachträglichen kirchlichen Einsegnung einer vor der weltlichen Behörde geschlossenen Ehe zu benehmen. Wird die vor der weltlichen Behörde geschlossene Ehe von einem Seelsorger nachträglich eingesegnet, in dessen Ehematrif dieselbe gemäß der Vorschrift des §. 23 der Ministerial-Verordnung vom 1. Juli 1868, N. G. Bl. Nr. 80 bereits eingetragen vorkommt, so kann die Thatsache der geschehenen nachträglichen Einsegnung nur dieser Eintragung beigelegt werden.

Bescheinigungen über solche Registrirungen müssen zugleich die Ersichtlichmachung des anderen Seelsorgers oder der weltlichen Behörde sowie des Tages, wann vor diesem anderen Seelsorger oder vor der weltlichen Behörde die feierliche Erklärung der Einwilligung zur Ehe abgegeben wurde, enthalten.“

Hievon werden die fürstbischöflichen Pfarr- (Curatials-) Aemter zur Darnachachtung in sich ergebenden Fällen verständiget.

VII.

Die hochl. k. k. Statthalterei hat unterm 30. October 1882, Nr. 17,898 das Nachfolgende anher eröffnet:

Aus Anlaß wiederholt vorgekommener Fälle, in welchen Gesuche geistlicher Corporationen um Anrechnung von Kosten für größere Kirchen- und Pfarrhof-Baulichkeiten auf den diesen Corporationen incorporirten Seelsorgefründen behufs Herabminderung des Religionsfonds-Beitrages (§. 9 der Verordnung vom 25. März 1875, N. G. Bl. Nr. 39, und §. 20 der Verordnung vom 21. August 1881, N. G. Bl. Nr. 112) zur h. Genehmigung vorgelegt wurden, ohne daß jene Beträge nachgewiesen waren, mit welchen das Vermögen der Corporationen zu den betreffenden Kosten nach den bezüglichen Concurrenz-Vorschriften beizusteuern wirklich verpflichtet war, fand der Herr Minister für Cultus und Unterricht mit dem Erlasse vom 11. October l. J., Z. 9736 insbesondere, da die Anrechnung von derlei Auslagen zu eventuellen Lasten des Religionsfonds unter keinen Umständen mit einem höheren als dem Betrage der gesetzlichen Concurrenztangente statt- haft erscheint — anzuordnen, daß in allen Fällen, wo derlei Kosten nach dem Voranschlage den Betrag von 200 fl. übersteigen, über die bezügliche Bauanzeige sofort die ordnungsmäßige Erhebung darüber zu pflegen und sohin zu erkennen ist, in welchem Umfange bei Anwendung der betreffenden Concurrenz-Normen die steuer- pflichtige Corporation zu concurriren hätte.

Dasselbe hat auch für den Fall zu gelten, als ein Anspruch auf Abrechnung diesfälliger Kosten rückfichtlich bereits durchgeführter Bauherstellungen, insoweit ein derartiger Anspruch überhaupt noch zulässig erscheint, erhoben wird.

VIII.

Die nachstehende Eröffnung der hochl. k. k. Statthalterei ddo. 2. December 1882, Nr. 19,786 wird den fürstbischöflichen Pfarr- (Curatials-) Aemtern zur Kenntniß gebracht:

Laut einer vom hohen k. k. Ministerium des Außern unter dem 12. October l. J., Z. 19,360 dem hohen k. k. Ministerium des Innern gemachten Mittheilung, hat der schweizerische Bundesrath eröffnet, daß für schweizerische Angehörige bei deren Verehelichung in Oesterreich der Civilstandsbeamte ihres Heimathsortes das zuständige Organ ist, ihnen das in den österreichischen Vorschriften verlangte Zeugniß über die nach den heimathlichen Gesetzen vorhandene persönliche Fähigkeit zur Eheschließung auszustellen, sowie die Erlangung oder den Nichtbedarf einer besonderen heimathlichen Ehebewilligung zu bescheinigen.

IX.

Es kommt nicht selten vor, daß alterthümliche Gegenstände weit unter ihrem Werthe, welchen sie als Antiquität und eventuell als altes Kunstwerk besitzen, der aber von einem nicht Sachkundigen nicht erkannt wird, veräußert werden. Nicht selten werden derlei Antiquitäten auch von reisenden Antiquitätenhändlern aufgesucht. So soll erst kürzlich ein kunstgewerblicher, werthvoller und historisch interessanter Kirchengegenstand, der jetzt um 1200 fl. zum Verkaufe ausgebaut ist, um 200 fl. an einen reisenden Alterthümerhändler ohne kirchliche und staatliche Bewilligung hintangegeben worden sein. Da sich erfreulicherweise im Vermögen immerhin noch ziemlich vieler Kirchen des Landes Gegenstände alten Ursprunges befinden, welche geeignet erscheinen, die Aufmerksamkeit Kauflustiger auf sich zu ziehen, und die Kirchenvorsteher nicht immer in der Lage sind, den Rath Sachverständiger einzuholen, so werden dieselben über Rescript der hohen

f. f. Statthaltereie, ddo. Graz am 13. Jänner l. J., Nr. 907, auf den ganz besonderen und immer steigenden Werth, welchen Alterthümer oft schon dieser ihrer Eigenschaften wegen und insbesondere dann besitzen, wenn sie auch Kunstwerke alter Zeit repräsentiren, aufmerksam gemacht und aufgefordert, im Falle eines Anlasses zur Veräußerung solcher kirchlicher Objecte und Einrichtungsstücke sich in Absicht auf die Hintanhaltung von Uebervortheilungen zunächst diesen besonderen Antiquitätenwerth gegenwärtig zu halten und dem Einschreiten um die Genehmigung zu solcher Veräußerung eine Beschreibung des betreffenden Objectes unter thunlichst genauer Angabe der Zeit, aus welcher dasselbe herrühren dürfte, eventuell auch das Gutachten von Sachverständigen beizugeben. Selbstverständlich wird mit einer solchen Hintangabe vor dem Erhalte der höheren Genehmigung hiezu nicht vorzugehen sein.

Ueberhaupt sollen derlei Objecte, namentlich wenn sie mit dem Baustyle der Kirche und ihrer übrigen Einrichtung harmoniren und sich hiedurch für die Kirche selbst besonders werthvoll darstellen, oder pietätvolle, nur der bestimmten Kirche gewidmete Spenden sind, überdieß auch sowohl für die kirchliche Kunst als auch für die Kultur- und Kunstgeschichte des Landes belangreich erscheinen, gar nicht hintangegeben, sondern der Kirche und dem Lande thunlichst erhalten werden.

X.

Auszug aus dem Gesetze vom 2. October 1882, Nr. 153 R. G. Bl., und aus der Verordnung des Ministeriums für Landesvertheidigung ddo. 1. November 1882, Nr. 154 R. G. Bl., betreffend Aenderungen des Wehrgesetzes in Absicht auf die Candidaten des geistlichen Standes.

A.

§. 25. 1. Die Candidaten des geistlichen Standes jeder gesetzlich anerkannten Kirche und Religionsgenossenschaft werden, wenn sie assentirt worden sind und zur Zeit ihrer Einreihung (1. October) bereits die theologischen Studien begonnen haben, über ihr Ansuchen zur Fortsetzung der theologischen Studien beurlaubt.

2. Nach Erhalt der priesterlichen Weihe, beziehungsweise nach erfolgter Anstellung in der Seelsorge werden die Betreffenden in die Listen der Heeres- oder Landwehrseelsorger aufgenommen, und können im Kriegsfall nach Maßgabe ihrer Wehrpflicht entweder im Heere (Kriegsmarine) oder in der Landwehr, sowie auch in Feld- und stabilen Spitälern als Seelsorger verwendet werden.

3. Während der Dauer des bestehenden oder eintretenden Priestermangels bei allen gesetzlich anerkannten Confessionen ist jenen assentirten Studirenden der letzten zwei Jahrgänge des Obergymnasiums, welche die Verspätung der Studien nicht selbst verschuldet haben, wenn sie vor der Stellungs-Commission erklären, sich den theologischen Studien und dem geistlichen Stande widmen zu wollen, beziehungsweise sich über die erhaltene Zusicherung der Aufnahme in die theologischen Studien oder in das Noviciat ausweisen, ebenso wie jenen bedingt aufgenommenen Einjährig-Freiwilligen, welche bis zu dem Zeitpunkte der definitiven Zuerkennung der Einjährig-Freiwilligenbegünstigung Theologen bereits geworden sind, oder mit demselben in die theologischen Studien, beziehungsweise in das Noviciat eintreten, die obige Begünstigung unter der Bedingung zuzuerkennen, daß sie sowohl die theologischen Studien in Wirklichkeit absolviren, als auch nach Beendigung dieser Studien die höheren Weihen oder eine Anstellung in der Seelsorge erhalten.

4. Sie sind jedoch bis zum Eintritte in die theologischen Studien im Mobilisirungsfalle zur Dienstleistung im streitbaren Stande verpflichtet.

5. Diejenigen, welche die Gymnasialstudien aufgeben oder deren Vollendung durch eigenes Verschulden verzögern, oder welche in die theologischen Studien, beziehungsweise in das Noviciat, nicht unmittelbar eintreten, oder vor Erhalt der höheren Weihen den geistlichen Beruf aufgeben, endlich Priester- und Pfarramts-Candidaten, welche in einer von den beteiligten Ministerien einvernehmlich mit dem Reichskriegsminister festzusetzenden Zeit eine Anstellung in der Seelsorge nicht erlangen, sind, vorbehaltlich ihrer eventuellen Ansprüche auf die Begünstigung des Einjährig-Freiwilligendienstes, zur sofortigen nachträglichen Ableistung des gesetzlichen Präsenzdienstes verpflichtet.

6. Diejenigen, welche nach vollstreckter Präsenzdienstpflicht in die theologischen Studien eintreten, beziehungsweise dieselben fortsetzen, dann jene Einjährig-Freiwilligen, welche Theologie studieren, nach diesem Gesetze aber einen Anspruch auf die obigen Begünstigungen nicht besitzen und den Präsenzdienst noch nicht

abgeleistet haben, sind im Frieden vom Dienste im streitbaren Stande überhaupt, die Ersteren insbesondere von den Reserve- (Landwehr-) Waffenübungen zu entheben, und nach Erhalt der höheren Weihen, oder einer Anstellung in der Seelsorge in die Liste der Reserve-Militär- (Landwehr-) Seelsorger aufzunehmen.

7. Im Allgemeinen sind die ausgeweihten Priester oder beziehungsweise Seelsorger, während ihrer Dienstpflicht, vom Dienste im streitbaren Stande enthoben und in der Liste der Militär- (Landwehr-) Seelsorger zu verzeichnen.

B.

Zu §. 25.

Candidaten des geistlichen Standes.

1. Auf die Beurlaubung zur Fortsetzung der theologischen Studien und seinerzeitige Einstellung in die Listen der Heeres- oder Landwehrseelsorger haben nach Alinea 1 und 2 des §. 25 dieses Gesetzes Anspruch jene im Wege der regelmäßigen Stellung assentirten Candidaten, beziehungsweise Zöglinge des geistlichen Standes jeder gesetzlich anerkannten Kirche und Religionsgenossenschaft, welche entweder zur Zeit der Stellung in den theologischen Studien stehen, oder dieselben zur Zeit ihrer Einreichung (1. October) bereits begonnen haben.

2. Während der Dauer des bestehenden oder eintretenden Priestermangels bei allen gesetzlich anerkannten Confessionen haben auf diese Begünstigung nach Alinea 3 und 4 des §. 25 dieses Gesetzes, bedingungsweise Anspruch:

- a) jene assentirten Studierenden des vorletzten Jahrganges des Obergymnasiums, welche die Verspätung der Studien nicht selbst verschuldet haben, dann jene des letzten Jahrganges und zwar die Studierenden beider Jahrgänge, wenn sie vor der Stellungs-Commission erklären, sich den theologischen Studien und dem geistlichen Stande widmen zu wollen, beziehungsweise sich bei denselben über die erhaltene Zusage der Aufnahme in die theologischen Studien oder in das Noviciat ausweisen;
- b) jene bedingungsweise aufgenommenen Einjährig-Freiwilligen, welche bis zu dem Zeitpunkte der definitiven Zuerkennung der Einjährig-Freiwilligenbegünstigung Theologen bereits geworden sind, oder mit demselben in die theologischen Studien, beziehungsweise in das Noviciat eintreten;
in beiden Fällen unter den im Alinea 3 und 4 des §. 25 dieses Gesetzes näher bezeichneten Bedingungen und Beschränkungen.

